Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uestis auro gemmis expedit̄ adiunctis; sed ne diutius
p singularum demoremur species uestium. possumus
breuiter dicere illa significari p haec quibus sig
nificatur ecclesia; fides eius auro conferri potest.
sermo praedicationis argento. aes patientiae. lig
nis inputribilibus scientia quae p lignū uenit.
aūt incorruptio castitatis quae numquā ueteres
cit. uirginitatis. Cocco. confessionis gloria. bysso
purporae. caritatis fulgor. hyacintho
spes regni caelorum. istae sint interim materiae
ex quibus omne tabernaculū construatur. induunt̄
sacerdotes. ordinatur & pontifex. Quorum indumta
quae sint uel qualia. in alio loco propheta pronun
tiat & dicit; Sacerdotes tui induant̄ iustitia;
Sunt ergo istae omnia indumenta iustitiae. & iterum
paulus apls dicit. Induite uos uiscera misericor
diae; Sunt ergo indumenta misericordiae;
sed & alia nihilominus idem apostolus in
dumenta nobiliora designat cum dicit. In
duite uos dnm ihm xpm. & carnis curam ne fece
ritis ad concupiscentias; Istae ergo sunt indumta
quibus ornatur ecclesia. Potest autem &
unusquisque nrm etiam in semet ipso construere
tabernaculum dō; si enim ut quidam ante nos